Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Offentur regi virgines proxime eius offerentur tibi in letitia et exultatione
adducentur in templum regis domino. Secret. Hostia tibi sit domine sacra
te plebis oblatio pro honore sanctorum quorum se meritis precibus
se de tribulatione consolat auxilium. Per. Com. Diffusa est gratia
in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. Compl. Sanctifica
familiam tuam muneribus sacris eius qs semper interuentione
nos refoue cuius sollempnia celebramus. Per. Agnete et
uital martyrum. Deus qui nos beati saturnini martyris
tui concedis natalicio perfrui eius nos tribue meritis adiuuari.
Secret. Munera tibi domine dicata sanctifica et intercedente
beato saturnino martyre tuo pacem nos placatus intende. Per.
Compl. Sanctificet nos qs domine tui precepti sacramenti
et intercessione sorum tuorum tibi reddat acceptos. Per. Inuisili.
Dominus secus mare galilee uidit duos. s. andree
fratres petrum et andream et uocauit eos venite post me faciam
vos piscatores hominum. Ant. Illi dimisso retibus rebus et
patre secuti sunt eum. Oratio. Deus omnipotens ut beatus andreas apostolus
tuus pro nobis implorare dignetur auxilium ut a nostris reatibus absoluti
a cunctis etiam periculis eruamur. Per. Ad Ephesios.
Fratres. Benedictus deus et pater domini nostri ihesu xpi qui benedixit
nos in omni benedictione spirituali in celestibus in xpo sicut
elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ut essemus sancti et
immaculati in conspectu eius in caritate. Qui predestinauit nos
in adoptionem filiorum per ihesum xpm secundum propositum uoluntatis suae
in laudem gloriae suae in qua gratificauit nos in dilecto filio suo
in quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum